



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Rosa In Hieme**

**Mertz, Martin**

**Antverpiæ, 1627**

Capvt II. VVilhelmi progressus in spiritu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42750**

illud pio dolore obliterare, ac sancta sollicitudine in posterum satageret resarcire ac supplere: ita famulum Dei erectum & consolatione recreatum dimisit. Inde Magistro boni iuuenis statum aperiens mandauit, vt post similia de quatuor nouissimis excussa fulmina, seorsim VVILHELMVM euocatum leni consolationum flatu demulceret, animumque ei addere laboraret: itaque in viam perfectionis directum, ad magnos in vita sancta profectus & altos Religiosae vitae gradus extolleret: quod pius Pater, vltro pro salute aliorum omnibus omnia fieri paratus, nunc obedientia accedente lubenter & cumulate prestatit, cum mirabili Angelici Iuuenis profectu, ac largo virtutum augmento.

## C A P V T I I.

VVILHELMI *progressus in spiritu.*

**H**AC occasione VVILHELMVS diuinitus in aliud mutatus virum, crebra peccatorum exomologesi conscientiam purgare, omnes negligentias sedulò obseruare & castigare, vitamque remissam ac mores minus probatos seriò emendare instituit; idque tanta felicitate, vt mira illius mutatio ac progressus aperte pateret, pijs ac reli-

C 5 giosis

42 VITA WILHELMI ROTHENSIS  
giosis viris eum diligentius obseruantibus,  
non sine magna admiratione & diuinæ  
prouidentiæ ac clementiæ assidua depreca-  
tione, quæ famulum suum in tam tenera  
ætate tantis gratiarum charismatibus tam-  
que piè præuenisset. Et sanè iam tum, cùm  
nondum vigeret ea quæ nunc est Refor-  
matio, videbatur à sancto illo animarum  
doctore diuino Spiritu intus agi, compen-  
diosa quadam via & ratione instructus ad  
sanctitatem paulatim euehi, & non solùm  
Angelis gratum, sed hominibus quoque,  
suis præsertim, spectaculum & perfectum  
vitæ religiosè traducendæ speculum fieri;  
vt manifestè manus Domini cum eo esse,  
nec non dextera Excelsi præuentus esse de-  
prehenderetur, qui tam arcto incedere tra-  
mite, & perosam multis mortificationis  
viam ingredi in iuuenili ætatis flore fortiter  
incepisset, & gloriosè consummare pergeret.

### C A P V T   I I I.

*Mittitur Dilingam ad studia.*

**M**AGNA & atra ignorantiae nubes uni-  
uersam Ecclesiæ sphæram obtexe-  
rat, graui vbique laborabatur inscitia, Sa-  
cerdotes ipsi rudes & legis diuinæ imperiti,  
prò dolor! reperiebantur; eaqué lues com-  
munis